minus intellegentium occultantur. quasi
subsignaculo recondunt doctores. Ne in
dignis quibusq. dei sacramenta credantur.
unde et iustus laetatur et dicit. In corde
meo abscondi eloquia tua ut non peccem
tibi. Porro per dextralia operabona et
dextera commemorantur. Per uas au
reum indonar adhuc separatum diuinita
tis intellegentia accipitur. quae tantum
ab infirmorum amore disiungitur
quanto a desolatae quae tenerae sunt amen
do subleuatur. Porro per iacinthum spes
caelestium praemiorum ostenditur.
Per purpuram cruor martyrum pas
sionum amore regni per pecunia exhibita
declaratur. Per bisinctum coccum ca
ritas demonstratur qui profectionum
suis bisinguitur. quia dei et proximi dilec
tione decoratur. Per byssum inmaculata
carnis incorruptio. et splendidissimum
sci monae candor ostenditur. byssum
enim linum est candidum. Per pilos au
caprarum ex quibus cilicium asperi
tas texitur. dura poenitentiae adflictio
designatur. Dum igitur alii per armil
las et anulos fortis magisterio exercent.
Alii per inaures et dextralia deuotam
audiendi obedientiam. rectamq. opera
tionem exhibent. Alii per uas aureum
praeclaram subtilioremq. dei intellegentiam
tenent. Alii per iacinthum purpuram
et coccum audita caelestia spe amare credere
amare nondesinunt. et iam quae adhuc
subtiliore intellectu minime cognoscunt.
Alii per byssum In corruptionem carnis
offerunt. Alii per caprarum pilos deplorandis

aspere quodlibenter admittunt. Ecce ex
tenta diuersitate operum. unum confi
citur tabernaculum. sicut ex diuerso plurege
unum conpingitur terra glypum in fu
sione sci spiritu irrigatum. iam porro ligna
sethim in putribilia omis sci intellegunturur
mente et corpore incorrupti. Neque cum
saeculo peribunt. esseq. permanentes aeterni.
Lapides quoq. praeciosi confessores apostoli
sacerdotes. omisq. iusti quos etiam lapides
uiuos beatus petrus apostolus dicit. ut sitis
in quid lapides uiui. coaedificati in templo di.
haec igitur omnia offeruntur in tabernaculo
di ut nullus disperet salutem. offerre et ali
us aurum sensum. alius argentum eloquium.
alius uocem aeris. sicq. fiunt multa in taberna
culo. Mensalicae et candelabrum. atque co
lumnae. bases. tabulae. crateres. scifi. turibula.
fiolae. mortariola et emunctoria. paxilli
tentoria. quibus diuersitatibus tota illa taber
naculi. id est ecclesiae pulchritudo distinguitur.
Nam tabernaculum ecclesia est in qua est men
sa id est unitas fidei uel ceptae scripturae sacra
qua uniuersi fideles spiritali cibo pascuntur.
Candelabrum quoq. cum septem lucernis
xpi cum septem ecclesiis. emunctoria quoq.
eius. hoc est geminum testamentum et colum
nae doctores sci firmitate fidei solidati.
Necnon et bases id est profectos suo fundamm
instructuram gestantes ecclesiae. Ibi etiam
et tabulae apostoli praedicatores latitudine
dilatati. Tentoria praepositi uel delicae et p
dicatores qui strictius laborant contra huius
saeculi turbidines. Sunt ibi et crateres. distri
butiones hominum. sunt et paxilli hoc est
principes ecclesiae quibus pendent omnia

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc159/0222